



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

115 Iudaei cum Christianis ludere, aut comedere non possunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

114 facere seu Dominicis, † vel aliis de præcepto Ecclesiæ festis diebus in publico laborare, aut laborari facere, seu Christianos quoquomodo gravare, aut contractus fictos, vel simulatos celebrare, seu † cum ipsis Christianis ludere, aut comedere, vel familiaritatem, seu conversationem habere nullatenus possunt. Et est ratio, quia Judæi, & hæretici sunt Christianis inimici, & odiosi ratione sectæ, Bar. in l. cum mulier, numer. 9. ff. sol. matr. & facit optimè tex. in cap. Iudæi, de jud. & Sarrac. Et pari modo, Sarracenis cum Christianis est prohibita conversatio, eod. c. Iudæi, ubi etiam gloss. de jud.

116 Minusque † in libris rationum, & computorum, quæ Judæi cum Christianis pro tempore habebunt, aliis quàm latinis litteris, & alio, quam vulgari Italico sermone uti possunt: & si utantur, libri huiusmodi contra Christianos nullam fidem faciunt, eis enim fides adhiberi non debet, ut inquit Bar. dict. l. cum mulier in fin. ff. de sol. matr.

117 † Mercaturam autem frumenti, vel hordei, aut aliarum rerum usui humano necessariorum facere nequeunt, ut in litteris Pauli Papæ IV. de quibus in Bull. c. 5. §. Nutrices quoque, pag. 575.

118 Medici quoque hebræi, † & alij infideles, ad Christianorum ægrotantium, & infirmorum curam vocari, seu admitti minime possunt. Quinimò univèrsis Patriarchis Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis, alijsq; locorum Ordinariis, & quibusvis parochis, alijsvè animarum curam habentibus, & exercentibus præcipitur, & mandatur, quatenus in civitatibus, & diocesis, in quibus Hebræi, & alij infideles moram trahunt, prohibitionem huius-

modi annis singulis publicandam cureat. 119 † Si quis autem post publicationem, etiam quomodolibet exemptus, ac cujuscunque status, gradus, ordinis, conditionis & præminentie existens, contra prædicta facere ausus fuerit, sacramenta ecclesiastica illi nullatenus sunt ministranda, nec etiam à regularibus exemptis, & sic decedens, ecclesiastica carere debet sepultura, pœnis contra non parentes inflictis, & & comminatis, de quibus in constit. Greg. Papæ XII. de qua in Bull. Rom. cap. 71. pag. 1303.

Tenantur præterea Judæi tam masculi, quàm feminae † signum patens ita, ut nullo modo celari, aut abscondi possit, glauci coloris palàm deferre † nec super signi huiusmodi delatione prætextu cujusvis gradus, præminentie, seu tolerantie exculari valent, aut per Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Camerarium, vel cameræ Apostolicæ clericos seu alijs illi præsidentes personas, aut Sedis Apostolicæ Legatos, vel eorum Vicelegatos, quovis modo dispensari potest, ut in dicta constit. Pauli IV. cap. 5. §. & ad hoc pag. 575. Contrafacientes verò gravibus pœnis sunt plectendi, ut in eadem constit. §. & si circa pag. 576.

122 Præterea † statuta civitatum, terrarum, & locorum, in quibus pro tempore dicti Hebræi habitaverint, favorem Christianorum concernentia inviolabiliter observare tenantur, ut in ead. constit. §. & statuta, ea, pag. 576.

123 † Puniantur autem in criminalibus juxta formam juris, ac provinciarum, civitatum, & locorum constitutionum, ut per constitutionem Iulij Papæ III. in eodem Bull. Rom. cap. 15. §. decernentes pag. 515.

M m m

Et